nfraſcri
ſernari
nte ſen-
r a qua
niarijs
ōſtituti
ſtatuta
notu ꝛ
s penis
nt hec
s ducen
viginti
actura:
ſciom-
n com-
a volu-
natores
gionū;
is quo
Marie
uſatori
atos ꝛ
contra
cos ſub
tra iu-
ad exe-
atione:
enator
s:pigri
oꝝ ipſo
endoꝝ
lico ſub
ī anno

palatio
tᵒ San
cēbris

Homelia doctiſſi
lis ſancte Cruc
principis ha
mili

13

Homelia doctiſſima Reuerendiſſimi dñi Cardina lis ſancte Crucis utriuſq; Philoſophie facile principis habita coram maximo Maxi miliano Ceſare ſemper Auguſto.

Carvajal

¶S
no c
Ber

L
min
chil
inte
geb
ctri
pop
M.
bat
xill
rau
mo
lucē
Om
tiun
me a
mitt
aſcri
ra.
& C
gi ia
ſuer
enin

¶ Sereniſſimo ac Inuictiſſimo Ceſari Maximilia
no electo Ro. Imperatori ſemper Aug. Georgius
Benignus Epiſcopus Callieñ. felicitatem.

POſt recitatã omeliam illam quã in feſto ex-
altationis ſancte Crucis Reuerẽdiſſimus do
minus meus Cardi. legatus ſupioribus diebus Me
chilinie te audiente & nobis omnibus mirantibus
inter ſacra ad populũ habuit Sacratiſſi. Ceſar: an-
gebar plurimũ animo ꝙ orõne tam luculẽta & do
ctrina diuina referta qui abſuerũt & qui futurus ẽ
populꝰ/fraudatũ iri uidebã. Quod cũ cogito & ad
M. tuã me cõuerto ad quã accẽdendã orõ tota tẽde
bat & cui iſthec quãte cure ſint pauloãte in meo ue
xillo uictorie qđ illi dedicaui probe cognouerã: cu
raui ut ſapientiſſima illa uerba que more doctiſſi-
moꝝ antiquoꝝ patrũ ad te & populũ facta ſunt: in
lucẽ uenirẽt. Et quotquot potui modis exemplum
Omelie habere adnitor/ in quo magnũ mihi nego-
tium paraui. Nã ꝙ maxime illã petebã: tam maxi-
me autor negabat. Vel ꝙ iſta archana ſcriptis com
mittenda non eſſent. Vel ꝙ renueret ea nomini ſuo
aſcribi: q̃uis ſumme ſperaret & confideret ita futu-
ra. Vicit tandem meum ſtudium ingeniũ bonum
& Omelie facta mihi eſt ſicut uolui poteſtas. Le-
gi iam illico uno ſpiritu: & q̃uis forma orõnis eadẽ
fuerit: materia tamẽ plurima illi addita ẽ. Breuis
enim dicẽdo fuit: & ſũmatim rerũ capita perſtrin-

xerat quam poſtmodū reſumens ſapientiſſimus pa-
ter/cui paſſim plurima occurrebant doctiſſime il-
lam magnis ſententiis ampliauit· Quod factum a
maioribus ſepiſſime accepimus:qui longiores ſcri
bendo q̄ recitando orationes ſuas poſteris relique-
runt: quod maxime in parte allegorica Omelie fa-
ctum percipio · In qua quod per epithetomata Se
renitas tua audiuit ita late ſcriptū poſtea eſt ut in
tractatum aut librum Omelia creuiſſe uideatur·
Sed ut in uere bonis nulla copia excedit ita cōmen-
dari eam & admirari q̄ maxime decet · Bone deus
quot archana qualia miſteria complexus aperuit
& certis rationibus qua facilitate hoſtes crucis bre
ui deuincēdos oſtendit· eam quū cernerem in chri
ſtianis principibus excitandis te potiſſimū petere
te ſolum intueri & ad bonum pub·tendere:curaui
ut ederetur, De qua unuſquiſq; iudiciū faciet quā
tum tanto patri debeatur· Ego ne ad auriū uolup-
tatem loquutus uidear: ſat putabo effeciſſe ſi eam
ut accepi diutius latere non ſuſtinuero·

¶ Omelia habita Mechlinie in Collegiata eccl̃ia ſancti Rumoldi Cameracẽ dioc. per R. in xp̃o patrem dñm Bernardinũ Caruagal Ep̃m Tuſculañ S. R. E. Cardi. ſancte Crucis in Hieruſalem Patriarchã Hieroſolymitanũ apoſtolicũ Legatum preſente Sereniſſimo ac Inuictiſſimo domino Maximiliano dei gr̃a Electo Ro. Imperatore ſemp̱ Auguſto: & Illuſtriſſimo dño Carolo Principe Hiſpanie Archiduce Auſtrie Burgũdie Duce eius chariſſimo Nepote: & Illuſtriſſima domina Margarita Archiduciſſa Auſtrie eiuſdem domini Ceſaris ſapiẽtiſſima filia: ac trib⁹ Illuſtriſſimis dñabus infantibus Hiſpanie eiuſdem Principis ſororibus. Anno ſalutis chriſtiãe. M. d. viii die uero. xiiii. Septẽbris in Exaltatiõe ſc̃tẽ Crucis: que tamẽ pro maiori ſui p̃te ſignãter in alegorico ſenſu nõ fuit ad l̃ram ſed ſũmarie recitata.

Nũc iuditium eſt mundi: nunc Princeps mũdi huius eiicietur foras. Scribunt̃ hec Io. xii. que ſancta Romana & uniuerſalis eccleſia in euãgelica lectione hodierne celebritatis nobis legenda ꝓpoſuit.

IN quibus uerbis exponẽdis Sereniſ. ac Inuictiſſime Ceſar aliqua pro illoꝝ merito referimus ex ueteri inſtituto antiquorum uere ep̃ali, ad quos nõ tã ſpectat ſacra miniſtrare q̃ illa explicare atq; docere iuxta quod & Paulus nõ miſit me inq̃t Pria coꝝ. xp̃s baptizare ſed euãgelizare. Ieiuna igit̃ & incõ prio.

poſita omelia ac ſcholaſtica lectiõe dictoꝝ uerboꝝ
interpretationẽ pſtringemus:cũ auxilio diuini nu
Scda coꝝ· minis : ſine quo iuxta eundẽ Apl̃m nõ ſumus ſuffi-
tertio. cientes cogitare aliqd ex nobis q̃ſi ex nobis:ſed ſuffi
ciẽtia noſtra ex deo eſt · Quod piẽtiſſimũ preſidiũ
quũ ante miſſaꝝ ſolẽnia pro utroq; officio miſſe ui
delicet & omelie ſuppliciter & deuote implorauerí
Iaco·prio· mus:non eſt uiſum nobis denuo illud repetere: ſed
in eo cõſidẽtes qui largit̃ oĩbus affluenter & nõ im-
ps·lxvii· properat & qui dat uerbũ euangelizãtibus uirtute
multa : Verba hec Thematis & tituli nr̃e lectionis
trifariã cõmentabimur · Prío ad lr̃am pro hiſtoria
hodierni feſti · Scdo ad allegoriã ꝑ aſſiſtentia ur̃a
Ceſarea & chariſſimoꝝ ur̃orum pignoꝝ · Tertio ad
tropologiã pro indulgẽtia plenaria a nobis hodie
aſſiſtẽtibus huic miſſe nr̃e & benedictioni ſolẽni ac
baſilicã hãc ſancti Rumoldi uiſitãtibus reꝑmiſſa·
¶ Sed duo ante oĩa preſupponẽda ſunt nobis · Pri-
Scda Pe. mũ ꝙ ſola ſcriptura ſacra cuius auctor eſt deus Spi
primo· ritu ſctõ eni inſpirati loquuti ſunt ſcti dei ut Petr9
dicit in Canonica patit̃ multiplicẽ ſenſũ teſte Gre-
gorio ſup Iob · Oĩs autẽ humana ſcriptura ſolo lit-
terali ſenſu cõtẽtari debet · Quũ eni homo ſit tantũ
auctor uocũ & nõ rerũ:uocibus põt impare ad ſig
nificationẽ nõ rebus · Deus tñ qui uocũ & rerũ eſt
auctor & cõditor nõ ſolũ uoces ad ſignificãdũ impo
nit:ſed res etiã ſignificatas per uoces ad alias iterũ
res ſignificãdas inſtituere põt · In pría ſignificatio

ne uocũ conſtituit̃ lr̃alis ſenſus ſcripture q diffinit̃
quẽ facit lr̃a uel uocibus intẽdit auctor·unde & pa
rabolicus ſenſus ſub lr̃ali cõprehẽdit̃·In alia ſigni
ficatiõe rerũ cõſiſtit miſteriũ & ſpũs. Vnde & my
ſticus & ſpũalis ſenſus nũcupat̃.Qui deĩde triſariã
partit̃:uel eni͂ res ſignificate p uoces ſignificãt ulte
rius res alias ptinẽtes ad eccl̃iam militãtẽ aut fidẽ
& tũc eſt allegoria: uel res ptinẽtes ad mores & ani
mã:& tũc eſt tropologia.uel ptinẽtes ad celeſtẽ glo
riã & tunc ẽ anagogia·Vnde antiquus uerſus magi
ſtroꝝ habet·Lr̃a geſta docet:quid credas allegoria
Tropologia qd facias:quid ſperes anagogia· Ver
ba aũt a nobis ꝓpoſita Anagogiã non patiunt̃:quũ
in celis nõ ſit lis aut iuditiũ nec Princeps aliquis de
turbãdus.Patient̃ ergo ſolũ triplicẽ intellectũ·Lit
teralẽ de Cruce & demõe· Allegoricũ de hoc tpe &
Mahomete.Tropologicũ de indulgẽtia & peccato
¶ Scdo p̄ſuppõi oportet ꝙ ſãcta Ro·ac uñis eccl̃ia
que Cruci dñice exhibet cultũ & adoratiõẽ latrie
Duo feſta Crucis p anni circulũ p̄cipue nobis cele
branda ꝓponit· Alterũ Inuentiõis in Maio ad finẽ
Tauri. Alterũ exaltatiõis in Septemb̃.in prĩcipio
libre·Et utrũq; feſtũ fuit introductũ a Ro.Impato
ribus & a Ro·põtificibus ſtabilitũ ordinatũ & indi
ctũ.Et nõ ab re diximꝰ Cruci dñice exhiberi latriã
eſt eni͂ figura & imago Crucifixi: & eadẽ adoratio
debet̃ rei & imagini ut imago ẽ·Phi·docẽte in lib·
de memo·eũdẽ eſſe motũ ĩ re & ĩ imaginẽ & p̄terea

cōtactus ille dn̄ici corpis & aſpſio benedicti illiꝰ ſā
guinis ſup crucē & ſolutio p̄tii nr̄e redēptiōis in ue
nerabili illo crucis ligno: cām adoratiōis neceſſariā
illi exhibēt. Vn̄ de cruce uľis cātat eccľia. Tuā cru
cē adoramus dn̄e. & alibi. O crux aue ſpes unica. &
nō īmerito cōtigit feſta Crucis ſub tauro & libra ce
lebrari ab hiis q̄ fortitudinē & iuſticiā crucis uene
rant̄. Taurus enī fortitudinē notat: libra iuſticiā.
Nihilq̄ꝫ fortiꝰ & iuſtiꝰ xp̄s dn̄s ꝓ nobis fecit q̄ ī lig
no crucis ꝓ nobis pati. Vltimū enī terribiliū cōtra
q̄ nos fortitudo īformat ē mors. Ethico. iii. & maio
Io. xv. rē charitatē nemo habet dicēte dn̄o q̄ ut aīam ſuam
ponat qs ꝓ amicis ſuis. Taurū ergo & uitulū fortiſ
ſimū & ſuauiſſimū holocauſtū ī ara crucis ꝓ nobis
ſe dn̄s fortiſſime exhibuit. Nihil etiā iuſtiꝰ ꝑſoluit
In ligno enī prius Adā ꝓtoplaſtes nr̄ extēdēs bra-
chia ad pomū uetitū cuiꝰ guſtu & modico ſanguie
nutrimētali inde ſibi acq̄ſito: diuinā obediētiā pre
uaricauit & puritatē amiſit: ac nos oēs deo debito-
res fecit. In ligno deīde crucis ſcd̄us Adā xp̄s redē
ptor nr̄ grauiori extēſiōe brachioꝝ ac effuſiōe totiꝰ
ſanguīs nō ſolū nutrimentalis ſed etiā radicalis dei
p̄ris obediētiā īpleuit & piaculū primi parētis ꝑ
ſoluit. mēſura tn̄ & libra ſupabūdāti & coaceruata
Quū mīma gutta illiꝰ p̄tioſiſſimi ſanguīs pp infini
tū meritū uniti ſuppoſiti diuini ſufficiēs ēēt ꝓ redē
ptiōe oim pctōꝝ mūdi. imo. M. mūdoꝝ ſi forēt. ſed
ex diuīa ordīatiōe ut īfinitā ſuā caritatē nob̄ oſten

deret uniuerſum pretioſiſſimū theſaurum ſui ſan-
guinis effudit ut ubi abundauit delictū iuxta Apo Ro.v.
ſtolū ſupabundaret & gratia:& de hoc ſapiēter can
tat eccleſia Ipſe lignū tunc notauit dāna ligni ut ſol
ueret. quinimo ſunt qui dicāt q̄uis Apocryphum
habeatur ex ſeminibus illius ligni paradiſi partē
ligni crucis fuiſſe ſeminatā. Et feſtum quidē inuen
tionis a Conſtantino magno in utroq; ſeculo uere
magno introductū eſt: Quū enim ſibi ab angelo ut
eccleſiaſtica tradit hiſtoria innotuiſſet ſignū Cru-
cis in quo uinceret Maxentiū & in quo ſemꝑ uicit.
Deinde poſt glorioſam conuerſionē ſuam induxit
pientiſſimā matrem Helenā ut crucem dominicā
exquireret. Helena igitur Cōſtantini mater Hie-
roſolymā petiit ut ſigna chriſtiane uictorie inqui-
reret & poſt infinita miracula contingentia per he
breū Iudam deinde nominatū ſanctum Quiriacū
hieroſolymoꝝ Patriarchā qui ſub Iuliano apoſto-
ta glorioſiſſimū eſt paſſus martiriū: Inuenta eſt.iii
die Maii Natalis dominici Anno Trecenteſimo ter
ciodecimo. Et Iudas iſte alteri Iude reprobo cōmu
nicauit officio: ſed mutauit illud in melius. Iudas
quippe fuit qui pontificibus prodidit crucifixum
ut irrideretur. Iudaſq; fuit qui prodidit Helene
crucem ut glorificaretur. Et de hac uictoria Con-
ſtātini & cōuerſione magna ſub eo facta & perinde
de Crucis inuētione. Io. ad litterā in Apo.vii. mul Apo.vii.
ta ꝓphetauit. Hoc ergo Inuentionis feſtum Silue

ſter primus aut Iulius prius ſtatuerũt & cõfirma
runt de conſe·diſt·iii.Crucis dñi·Et q̃uis in rubro
capituli dicat̃·Euſebius papa: credimus p errorẽ
eſſe ſcriptũ quũ Euſebius multo tpe Conſtãtinum
p̃ceſſerit & crucis Inuentionẽ·Illa igit̃ ſanctiſſima
femia munificẽtiſſima Impatrix q̃ſi Apis argumẽ
toſa deo ſeruiẽs nõ ſolũ dominicã Crucem repperit
ſed & Crucis titulũ tribus lĩguis a Pilato deſcriptũ
clauos quoq; affixionis dñici corpis inuenit ubi mi
rificas elemoſynas & glorioſas fundatiões fecit·Nã
ut Machari⁹ eius tpis Hieroſolymoꝝ p̃riarcha de
ſcribit.Lxxii·eccleſias ingenti impenſa in terra ſan
cta fundauit:quas uermiculato etiã opere exorna
uit·Ex cruce autẽ dominica crucem fecit:quã Hie
roſolymis in Eccleſia dominici ſepulchri reliquit:
Eſa·xi· quod ſepulchrũ ipſa iuxta uaticiniũ Eſa·xi·reddi-
dit glorioſum:& alias Crucis partes argenteis the
cis Conſtantinopolim & Romã adduxit·In urbe
autem Roma domũ ſuam Eccleſiam ſanctæ Crucis
fundauit: apud quam bonã Crucis partem quæ ho
die illic uiſitur:& titulũ glorioſiſſime Crucis depo
ſuit·Qui deinde noſtro tempore qua die Nuntius
Granateñ expugnationis Romam applicuit mira
ac diuina quadam temporũ conuenientia·Denuo
quũ murus forte reſtauraretur ubi ſeruabatur re-
pertus eſt:qui ab Helene tẽpore in archa plumbea
ſiriceis cordis circũligata obſignataq; ſigillis illuc
uſq; latuiſſe credit̃ ut ſignũ chriſtiane uictorie in

urbe illa ſublimi Roma que orbis repreſentatiuus
eſt:tūc appareret quādo maxima xp̄ianoꝝ uicto-
ria de ſpurciſſimo Antixp̄o Mahomete in occiduo
haberet᷑. Quū enim ad ueritatem chriſtus uerſa fa
cie ad occidentē crucifixus ſit ut Criſoſtom⁹ memi
nit. Illa inſpectio occidētis in cruce:occidentē in fi-
de firmauit: & ad uindictā Crucis animauit. ſicut
& umbra crucifixi tangēs poſt meridiem ſanctum
Dimam bonū latronem ad chriſti dexterā crucifi-
xum illum glorificauit:cui dictū eſt. Hodie mecū
eris in paradiſo. Illa ergo conuerſio ad occidentem
effecit inter alia ut in urbe Romana fides uſq; ad
ultimū Iudiciū ſit manſura & ut ab ultimo occiden
tis Hiſpania uictoria cōtra inimicos crucis cū uere
deiiciēdi ſunt: potiſſimū inciperet. Et nō ſine miſte
rio ē ꝙ occidētalis eccl'ia Hiſpanieñ Tertiū aliud
feſtū Crucis ſub noīe triūphi in kalendario ſuo ſup
addidit:qđ ad. xvi. Iulii quotannis ueneraẗ. Reco
lēs gl'ioſiſſimam uictoriā Alfonſi. viii. ſub apparēte
in aere uexillo Crucis ſanguinei coloris cōtra Sara
cenos & uniuerſā Aphricā apud nauas de Toloſa
dioc. Toletañ. Qđ feſtū & Innocentius. iii. ſuis lr̄is
mirifice exornauit ꝓut ex illius regr̄o ſatis cōſtat.
Sed de hoc feſto quū ꝑticulare id ſit hiſpanie gētis
hodie nō dicim⁹ q̄uis hic aſſiſtat radix & ſpecies to
tius hiſpanie ſolūq; de duobus que uniuerſalis ad-
mittit Eccleſia proſequemur. In hoc igitur Inuen-
tionis feſto ſub Conſtātino & Helena preter aſpor

tationẽ Crucis & eius tituli ad urbem Romã : Illa
pientiſſima Helena ſuperficiẽ quoq; ferme totam
Caluarie montis in qua ſanguis chriſti ſparſus fue
rat ad ſuam Camerã Romã detulit:quã ſingulari
ter per Silueſtrũ papã die·xx· Martii cõſecrari ob
tinuit cũ plenaria quotãnis ea die peccatorꝝ remiſ-
ſione: & Camerã illam Romanã Hieruſalẽ uoluit
appellari: ſub ſpiritu preuidens ꝙ ſicut apud pri-
mã Hieruſalem uiſio pacis ideſt dei uiſio per fidẽ
a principio mundi uſq; ad Crucẽ chriſti permãſit
ita uſq; ad ultimũ iuditium apud urbem Romam
ſecundã Hieruſalẽ apud quã dñs in Petro iterum
crucifigi uoluit eadẽ uiſio fidei ſeruari & cuſtodiri
deberet: ut priuilegiũ illud etiã particularis urbis
Lu·xxii· Rome prorſus adimpleatur Rogaui pro te Petre
ut nõ deficiat fides tua· & apud hanc ſanctã Capel
lam Hieruſalẽ ubi olim poſt additũ urbi montem
celliũ fuit Romanũ Aſylum & impunitas flagitio-
rũ: conceſſerũt Romani pontifices tot indulgentias
ut uera ſit inibi impunitas criminum & remiſſio
omnium peccatorum . Cuius baſilice titulus mihi
q̃uis indigniſſimo a ſede apoſtolica multis ante an
nis extitit cõmendatus · O uere excellentiſſima ac
maxime uenerãda & recolenda femina que omnia
contempſit ut xp̃m lucrificaret· Imperatrix tamen
fuit· femina fuit· delicata fuit· pre omnibus tamẽ la
borauit· magna exempla religionis ac fidei feminis
ac uiris poſt ſe derelinquens·

¶Feſtũ autẽ aliud Crucis quod uniuerſalis eccle-
ſia celebrat eſt Exaltationis illius: quod hodie reco
litur & ſimiliter ab Impatore Ro. Heraclio uideli-
cet Athleta chriſti fortiſſimo Anno dñi Sexcenteſi
mo quartodecimo eſt introductũ: & a ſequentibus
Ro. Pontificibus ſtabilitũ & confirmatũ eſt. Quũ
eni peccatis tũc exigentibus chriſtianoꝝ Coſdroas
Rex Perſarũ: cuius opinioni & uictoriis in multis
ſucceſſit Mahometes: chriſtianos crudeliſſime in-
feſtaret & tandẽ Hieroſolymã occupaſſet: Crucem
dominicã ibidem a ſancta Helena relictã aſporta-
uit & ad ꝓuincias ſuas adduxit. Vbi ſe adorari fa
ciens ut deũ: turrim extruxit argenteã in qua ſedẽs
ad partem ſui dexterã Crucem dñi collocauit. He-
raclius aũt digniſſimus Impator tante diuine iniu
rie impatiẽs collecto exercitu acies Perſaꝝ fudit &
filiũ Coſdroe ſingulari certamine deuicit: ipſumq̃
Coſdroã eiuſq̃ regna debellauit & ſuperauit. Cru
ceq̃ recupata Hieroſolymã cum ingenti gloria re
meauit: quã urbẽ ingreſſurus ingenti pompa acie
bus pugnatoꝝ uallatus equo inſidens in modũ Ro
mani triũphi Crucem dñi baiulans: quũ porte Ci-
uitatis appropinquaret in aĩo ſuo forſan nõ chriſti
nomini ſed ſue uirtuti gloriã tribuẽs: Ecce repente
ab Angelo porta claudit̃ ciuitatis: quod quũ Impe
rator deo docilis grauiter miraretur & humiliter
cauſam exquireret: Reſponſum ab Angelo accepit
chriſtũ Regem glorie pedibus incedentẽ & humilẽ

portam illam intrauiſſe. Quod ipſe protinus imi-
tatur: & equo deſiliens nudis pedibus crucẽ hume
ris deferẽs ad portã Ciuitatis acceſſit: que ab Ange
lo ſubito aperta prorſus illi undiq; patuit. Et ſic in
cedens ad p̃riachialẽ uſq; eccleſiã dominici ſepul-
chri lignũ dominicũ deduxit ſupplicibꝰ uerbis hu
millime crucẽ uenerãdo: quibus eccleſia utitur for
ſan ex Heraclii inſtitutione. O crux ſplendidior cũ
ctis aſtris: mũdo celebris: hominibus multũ amabi
lis: ſanctior uniuerſis: que ſola fuiſti digna portare
talentũ mundi. Dulce lignũ dulces clauos/dulce põ
dus ſuſtinẽs: ſalua preſentem cateruã in tuis hodie
laudibus congregatã. Et de hac uictoria Heraclii
cõtra Coſdroam ad litteram Io. loquitur Apo. xii.
Quã etiam eccleſiam patriarchalẽ Hieroſolymitanã
Sanctiſſimus dñs noſter dñs Iulius. II. ſancte Ro.
ac uniuerſalis eccleſie Pontifex maximus mihi im-
p̃fectiſſimo cõdonauit. ut non uacaret a miſterio ꝙ
utraq; Hieruſalẽ Ro. & Paleſtina uni cõceſſa ſpẽ
uniõis & reductiõis Paleſtine ad obedientiã Roma
ni pontificis uicarii dei in terris nobis faceret. Quũ
Lu. xxii. de Petro ſit dictũ & ſucceſſoribus ſuis & tu aliqñ cõ
uerſus cõfirma fratres tuos: quod de P̃riarchalibus
ſedibus a fide recedentibus & ſub aliquo Petri ſuc-
ceſſore redeũtibus Abas Ioachim credidit interpre
tandũ. Nec modo ſine cauſa cõtigit ꝙ corã Ro. Im-
patore ſucceſſore illoꝝ Imperatoꝝ: qui feſta crucis
introduxerũt & honorarunt. Car. ſancte Crucis in

illius Exaltatiōis feſto de dñica Cruce deuota hec
(licet minus polita) explicaret cōmentaria.
¶ Ex iſtis oibus edocemur de duobus. Primū q̧ lu
minaria illa magna eccl'ie Pōtifex & Impator ſunt q
prio docuerūt nos & docere debēt in ſēpiternū uer
bo & exēplo inuenire & exaltare ſctiſſimā Crucem
& q ſecus faciūt a p̄deceſſoribus ſuis uehemēter de-
generāt q̄to eni īmediatiores ſunt deo tāto uberius
illi tenent̄ adherere. Vnde & q̄uis oēs regant̄ a deo
de Regibus tñ tanq̄ de īmediatioribus in libro Re
gū ſcriptū eſt. Cor Regis in manu dñi & quocunq̧
uoluerit uertet illud. ¶ Scdm documentū eſt q̧ mo
raliter nō ſufficit xp̄iano alterū feſtū Crucis obſer
uare. Sed neceſſe habet utrūq̧ colere ut Inuētio ad
notitiā ſimplicē referat̄ & exaltatio ad operationē.
Nō eni ſufficit credere cruci ſed oportet p opera ex
altare Crucē: ne de nobis dicat̄ illud Eſa. Populus Eſa. xxix.
hic labiis me honorat: corde aūt lōge ē a me. Fides & Mat. vii
eni ſine opibus ut Iaco. ſcribit mortua eſt. Oportet p̄s. c. x.
ergo nō uerbis ſed toto corde crucē dñi uenerari in
cōſilio Iuſtoꝝ & cōgreagtiōe iuxta Pſalmigraphū
hoc eſt ſcdm doctrinā & determinationē catholice
matris eccleſie que nobis hmōi doctrinā duplicis fe
ſti ſanctiſſime Crucis uerbis & exēplis exhibuit.
¶ His igr̄ duob9 p̄ſuppoſitis de duplici ſēſu ſcriptu
re & de duplici feſto crucis ad uerba tituli aut the
matis omelie nr̄e iuxta ſup̄ pmiſſū triplicē ſenſū ac
cedemus. Nunc iuditium eſt mūdi zc. Ad litteram

ergo Chriſtus dñs iminente tempore paſſionis ſue
dicebat turbis Iudeoꝝ in paſſione ſua breui futura
ferendá eſſe ſententiá & iuditiū pro liberatione mū
di ideſt totius humane creature que mūdi nomine
nuncupat̃ & cōmune habet cum uniuerſis creaturis
mūdi: Corpe uidelicet cū corpalibus: Intellectu ue
ro cū ſpiritualibus. ¶ Vbi conſiderandū eſt ꝙ paſ-
ſio chriſti ſufficiēter liberauit totum mundū a cul
pa & pena primi parentis Immo & ſufficiebat que-
libet gutta illius ſanguinis minima ut dictū eſt nō
tamē omnes efficaciter liberauit: illos uidelicet qui
bus effectus paſſionis eius per fidē & ſacramēta nō
cōmunicatur. Tribunal ergo Crucis dñice fuit tri
bunal Iuditii & ſententie mundi ubi Sathaná in in
ferno relegauit & Ianuá regni celeſtis aperuit & de
bitū protoplauſti perſoluit. Nūc ergo iuditiū & ſen
tentia fertur pro mūdo dicit dñs: & nūc demon de-
iicietur & deturbabitur a dominio quo dominatur
hominibus. Vbi duo ſunt notáda. Primū ꝙ demon
dicitur princeps huius mūdi nō ꝙ ſecundū ueritat-
tem ſit dominus. Nec eni eſt ut opinat̃ Manicheus
creator uiſibiliū & corporaliū qui poſuit duo pri-
ma principia efficientia. In cauſis tamē ut dicit Ari
ſtoteles. ii. Metaphiſice deueniendū eſt ad uná pri
mam in quolibet genere alſ eſſet proceſſus in infi-
nitum: quē natura & omnis abhorret philoſophia.
Vnde & eccleſia in Symbolo patrū addidit contra
Manicheū / uiſibiū omniū & inuiſibiliū. Et xp̄s dñs

creatiõe & redẽptiõe meruit dominiũ orbis terrarũ
unde & cõfirmauit ſententiã appellãtiũ eũ magr̃m
& dñm. Vocatis me Magr̃ & dñe & bene dicitis ſum Io.xiii.
etenĩ. Demõ ergo ſicut nec creauit mũdũ ita nec rede
mit aut liberauit ſed ſemp dãnauit & continue dam
nat. unde nec dñs mundi ſed uere aduerſarius & de
ſtructor mũdi cenſeri debet. Dicit̃ tamẽ Princeps
mundi & dñs ideſt hominũ mundanorũ qui cõmu
niter legem dñi traſgrediunt̃. Stultoꝝ eñi dicit ſa Prouer.i.
piens infinitus eſt numerus. recte agere unice & ra
ro cõtingit. Male uero multiſariã iuxta Ariſtotelẽ
ii. Ethicoꝝ. Quia ergo demon cõtinuo bello contra
homines belligerat Suggerẽdo mala & peccata. non
eſt nobis colluctatio dicit Apoſtolus aduerſus car Ephe.vi.
nem & ſanguinẽ: ſed aduerſus principes tenebrarũ
harũ contra ſpiritualia nequitie in celeſtibus. Qui
ergo in hoc bello a demõe uincitur ſicut Iure gẽtiũ
uictus efficitur ſeruus uictoris ita efficit̃ ſeruus de
monis. Vnde dñs in euangelio docet qui facit pecca Io.viii.
tum ſeruus eſt peccati. Et Petrus in canonica a quo Scda Pe.
quis ſupatus eſt eius & ſeruus addictus eſt. In tri ſecũdo.
bunali ergo dñice paſſionis lata eſt ſententia libera
tiõis hũani generis captiui & ſerui p pctm̃ primi
parẽtis ſub iugo demõis. Et tria que captiui deſide
rare ſolent nobis ſunt cõceſſa ſcilicet liberatio capti
uitatis: conceſſio doni: & uindicta aduerſarii. Xp̃us
enim paſſione ſua piaculũ primi parentis ſoluit &
nos ab illo debito liberauit. Vnde Apo. primo. Ip Apo.i.

ſe lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo· Dein
de conceſſit nobis gratiã & dei reconciliationẽ· Vn
Ro·viii. de Romanoꝝ· viii, Reconciliati ſumus deo per mor
tem filii eius & ſic oſtium Regni celeſtis nobis ape-
ruit iuxta quod hebreoꝝ·x. Habemus fiduciam in
introitu ſanctoꝝ in ſanguine ſuo· Tertio Emulum
Io·xii· & inimicũ noſtrũ uicit & deiecit quod Io·xii·in the
mate lectionis noſtre dñs docuit· Nũc Princeps mũ
di huius eiicietᷣ foras· Crux ergo eſt ſignũ chriſtia-
ni iudicii & chriſtiãe uictorie & ſicut dñs in paſſio
ne ſua iudicauit mundũ in ſigno Crucis & uicit in
eo demonẽ & religauit: Ita in iuditio illo ultime cõ
flagrationis mũdi in ſigno Crucis mundum iudica
Ma·xxiiii bit: in quo iuditio dñs dicit Videbũt ſignũ filii ho-
minis: unde & eccleſia cantat Hoc ſignũ crucis erit
in celo quũ dñs ad iudicandũ uenerit· ſub hoc ſigno
Sap·v· etiã armabitur omnis creatura ad uindictã domi-
ni contra inſenſatos terre; & ſub eo mittet maledi-
Mat·xxv· ctos in ignẽ eternũ in quẽ deturbabit diabolum &
angelos eius· ¶ Sequitur ſecũda expoſitio allegori
ca pro temporis concurrentia & Ceſarea preſentia
cui pre ceteris inſiſtemus· Nunc iuditium eſt mun
di & reliqua ubi ſubiiciẽdo omnia correctiõi ſacro
ſancte Romane eccl'ie nec ex aſſertione aut certa ſen
tentia loquendo quũ futura contingentia ſint reſer
Eſa·li· uata diuine notitie· Eſa·li· Annũciate nobis que uẽ
tura ſunt in futurum & dicemus quia dii eſtis uos
Sed probabili quadam ac ueriſimili cõiectura ad

conſolationem chriſtianoꝝ & augendam ſingularē
ſpem & confidentiam ueſtre Ceſaree Maieſtatis &
aliorum Principum in futura glorioſa expeditiōe
Turchorum: ad quam Sanctiſſimi domini noſtri
& apoſtolice Sedis nomine toties Maieſtatē ueſtrā
inſtantiſſime ſum hortatus: Audebo aliquid prono
ſticari & opinari ueriſimiliter contra Mahometū:
uidelicet ꝙ ex multis probationibus & ex litteris ſa
cris cum illarum cōmentariis & diuerſis reuelatio-
nibus factis noſtro tēpore plurimis electis dei: ſa-
tis probabiliter ſperare poſſumus ꝙ breui Maho-
metica ſecta ſit extirpanda: & ad ſummū ſub hoc in
ſtante & currente annorū Centenario ferenda ſit a
domino ſententia liberationis mundi a iugo Maho
metice ſeruitutis. Et ſpurciſſimus ipſius auctor qui
nunc huius mūdi eſt princeps: dominatur enī prin
cipalibus illius partibus non ſine magno noſtro de
decore. Et principale in re dicitur totum. ix. Ethi-
corum: Sub hoc tempore ab hmōi ſuo Imperio diui
no iuditio per Principes chriſtianos deturbandus
& deiiciendus eſt. Vbi primū conſidero ꝙ nūc in lit
teris ſacris aliquando ponitur pro inſtanti tempo-
ris indiuiſibili: & aliquando pro aliquo complexo
longiori tempore ut illud Malachie. iii. Statim ue Mala. iii.
niet ad templum ſanctum ſuū &c. quod ſtatim mul
ta tempora eſt complexum: hic autem illud nūc uel
pro uno anno ſeculi qui eſt Centenarius: uel Iubi-
lei qui eſt Quinquagenarius iuxta noſtram allego

riam referendum & interpretandũ eſſe cum dei ad iutorio poſſumus opinari· Ad quod multis perſua ſionibus monemur quas propter faciliorem memo riam ſeptem terminis ſicut Ariſto· docuit de inuen tione medii perſtringemus· Qui termini erũt: Er ror: libido: ignorantia: iniuſticia: diuiſio: tempus: opera dei. Ex quoꝝ ſingulis formabitur ratio cum annexis auctoritatibus & exemplis pro iſta conie cturali interpretatiõe contra Mahumetem: quam dominus ut deſideramus impleri concedat·

¶ Prima probatio ex termino erroris Nulla ſecta uel doctrina falſa aut erronea poteſt eſſe perpetua aut diu durabilis· Talis eni eſt uiolenta & contra naturam ueritatis & rationis & nullũ uiolentũ po teſt eſſe perpetuũ Primo de celo: ex qua radice pro ceſſit conſilium Gamalielis ꝙ falſe doctrine durare nõ poſſent. Actuũ·v. Cuius rei poſt Chriſtum ha bemus exempla innumera· Secta enim Arriana Sa belliana Manichea aut Neſtoriana nõ diu durauc rũt· ad minus nulla eaꝝ trib⁹ ſeculis·i. trecẽtis ãnis durauit: ſed põdere ſue falſitatis grauate ceciderũt & extermiate ſunt· Secta aũt mahometana eſt oĩm falſiſſima & oĩbus ferme errorib⁹ ꝑcedentiũ hereſũ plena ac notorie rõi recte & catholice ac idubitate fidei cõtraria· Ponit eni deũ eſſe corporeũ & ſuo ta ctu hr̃e frigiditatẽ: btitudinẽ in delitiis carnalib⁹ cõſtituit: celeſtẽ paradiſũ ſpurcitiis cõmaculat: ui tia oĩa ꝑmittit etiã que natura abhorret· Negat in

Act·v·

diuinis Trinitatē·negat chriſti diuinitatē & illius
mortē·demones & damnatos per Alcoranū ſaluan-
dos affirmat·ſeqꝫ ad celū aſcendiſſe inſidentē iumē
to & a bonis angelis tunc rogatū ut pro eis interce-
deret aſſeuerat. Et ſimilia q̃pluria fabuloſa & pue
rilia feda & ſpurca ac prorſus a ratione & fide recta
aliena affirmat·Libros oēs ueteris & noui teſtamē-
ti ad propoſitū ſui erroris corrūpit·Probationē ſe
cte ſue nō rationibus auctoritatibus aut miraculis
ſed gladio ut Tyrānus & predo deputat. Que om-
nia ſunt tam execranda tā mendoſa tam uiolēta ut
grauiſſimū uideatur ꝙ tā feda & horrenda ſecta tā
topere creuerit & tādiu durauerit·Durauit autem
chriſtianoꝝ peccatis exigētibus plusq̄ Octingētis
lxx·annis·Cepit enī Mahometes ſub anno·xx·Im-
perii Heraclii errorē ſuū publicare poſt Annū ui
delicet dñi Sexcenteſimūtrigeſimū. & Anno domi-
ni Sexcēteſimo ſexageſimoſexto Mahometes mori
tur iuxta maiorem hiſtoriā: quod & Io. in ſpiritu
preuiderat Apo·xiii· ubi ait ꝙ numerus hominis Apo·xiii·
chriſti & numerus beſtie ideſt Mahometi eſt An-
themos: pro quo alius latinus interpres poſuit Di-
clux: quod clarius interpretatum ſonat·D c lxvi·
Hunc enī numerū notāt littere numerales grece &
latine illis dictionibus contente·Secta ergo tā erro
nea & tam perpera tamdiu a dño permiſſa ſtare &
regnare nunq̄ ſe recognoſcēs nec ad ueritatē & deū
rediens: Sed in ſupbia ſua creſcens & aſcendēs ſemp

& in erroribus ac impietatibus pertinax: non eſt ue
riſimile ꝙ plus duret. Sed ꝙ ante finem iſtius An-
ni ſui Noningenteſimi: qui currit ſub hoc noſtro
Milleſimoquingenteſimo extirpanda ſit. aľs grauiſ
ſime ageretur cum regno ſanctorum ideſt chriſtia
norum: qui propter fidem & ſacramenta ſancti di-
cuntur. Si congregatio fidelium ac uniuerſalis ec-
cleſia olim per totum fere orbem diffuſa nō rediret
ad plenitudinem ſuam ſed tā ſtricta & modica am-
plius remaneret non extendens fidem & fidei do-
minium in Aſiam & Aphricam & totam Europam
confirmans. ¶ Nec ſatis ego laudo ꝙ noſter Paulus
Apo.xiiii. Burgeñ. Apo.xiiii. in quadam ſua additione ad po
ſtillā ſentit de cauſis longioris durationis ſecte Ma
hometice. Dicit enī ꝙ ex eo qa nō eſt Idolatra nec fi
delibus nimium nociua/nec de chriſto multum ma
le ſentiens: plus aliis durat. Admitto enim ꝙ plus
durauit hactenus ꝗ alie propter noſtra crimina:
ſed cauſas illas declino/nec concedo ꝙ Mahometes
non ſit Idolatra non quidem multorum Idolorum
ſed ſatis eſt unum Idolum & non uerum deum co-
lere ad conſtituendum Idolatram. Notorium enim
eſt ꝙ poſt eruditionem catholice & indubitate fidei
que omnes obligat ad ſui obſeruantiam & que con-
fitetur deum unum in eſſentia & trinum in perſo-
Pria coꝶ. nis relatiuis. Deus qui colitur non trinus. Idolum
octauo. eſt & nihil in mundo. Mahometus ergo qui occidit
adorantem Deum trinum Idolū colit. Rurſus Ma

hometus illa ſua ficta blanditione qua chriſtianis
non uidetur imponere niſi tributa & tranſfugis no
ſtris ac proſelitis ad errorem ſuum honores inume
ros ac comoda multa conſtituit multo plus nocuit
eccleſie dei q̃ Tyranni etiam Idolatre plurium deo
rum & q̃ alii heretici qui tormentis & minis coge-
bant noſtros fidem abnegare. Illis enim blanditiis
multo plures deſeruerunt fidem q̃ minis aliorum.
Mahometani etiã multos fideles ſignanter ſacerdo-
tes ac religioſos & doctos tormẽtis cogũt fidẽ abne
gare. Nec ſenſit Arrius aut Maniche⁹ peius de chri
ſto q̃ mahometus. Illi enĩ dixerũt ſicut iſte xp̃m eſ-
ſe Creaturã & purũ hominẽ excellentiſſimũ tamẽ.
Verũ illi mortẽ chriſti & reſurrectionẽ ſunt cõfeſſi
quod Mahometes negauit & perinde redemptionẽ
ſimiliter & Coſdroas in cui⁹ dominiis ſucceſſit Ma
hometus melius q̃ ipſe de cruce ſentiebat & tñ bre
ui periit. Crucẽ enim uenerabat̃: & ad ſui dexterã
ut prediximus ponebat: quam Mahometes per om
nia damnat & prorſus euertit. Rationes ergo qua-
re Deus tamdiu permittit hunc nefandiſſimum er
rorem durare non ſunt ſufficientes: quas Burgen-
ſis enumerat. Sunt itaqꝫ alie apud deũ certe & cog
nite cuius iudicia Abyſſus multa. uel q̈ forſan no- p̃s. xxxv.
ſtris diebus non eſt tanta bonorum hominũ copia:
quibus deus miſereatur ut ſectam confundat: quan
ta illa℞ ſecta℞ tp̃e que breuius ceciderũt. Pc̃tã ergo
nr̃a cõfitentes tam diuturnũ flagellũ poſſumus illis

imputare. Et in cōuerſione nr̄a & diuina clemētia ſperare & reſpirare ꝙ tam longa perſequutio chri‑ſti & membroꝝ eius ac deturbatio ſui glorioſiſſimi ſepulchri & uſurpatio terre ſancte: in breui a dn̄o corripi & caſtigari debeat. ¶ Secundus terminus fuit libido ſeu effeminatio ex quo cōſurgit Secunda probatio. Tota enī ſecta Mahometis fundat̄ in car‑ne ac libidine. Nam ipſe fediſſimus illius auctor ſe iactat accepiſſe a dn̄o parem potentiā libidinis & generationis Quadraginta uiris potētiſſimis ut ſe prorſus oſtēderet de mēbris eſſe precipuis Leuia‑
Iob. xl. tham de quo ſcriptū eſt Virtus eius in lumbis eius & fortitudo illius in umbilico uētris eius & alienū a cōſortio angeloꝝ quibus teſte Hieronimo eſt cog‑nata uirginitas. Concedit enī Mahometes uxorum pluralitatē ſimul & concubinaꝝ & ancillarum cō‑mixtionē quot poſſet unuſquiſq; nutrire: quod con‑tra charitatem & ordinē nature eſt. Similiter con‑tra chriſtū & Apoſtolū eius. Peccata etiā contra na‑turam admittit omni lege reclamāte ac uniuerſa re‑pugnante natura & ſententia dn̄i quā per diluuiū
p̄s. xxi. & aquarū ſub Noe iuſte contra gigantes & per dilu‑
gen̄. vi. ac uiū ſulphuris & ignis ſub Loth & Abrahā fidelib9
xix. contra Pentapolim peſſimā exercuit & propterea Auerrius cōmentator Ariſto. Saracenoꝝ doctiſſi‑
vii. Ethi. mus Phi. vii. Ethi. dixit Alcoranū nō debere legē appellari quia pmittit que natura abhorret. Quid hoc eſt O ſumme deus/quid obdormis dn̄e & ſpur

ciſſimā & lupanarē ſectā nō comburis nō extirpas.
Nec deerūt te uolente fideles Principes uelut Noe
Abrahā & Loth quoꝝ teſtimonio & miniſterio iſta
conficias. ¶ Vbi etiā duo cōſidero. Primū ꝙ iuxta
Philoſophoꝝ doctrinam Libido pre ceteris intelle
ctum hebetat/ memoriā delet/uoluntatē inficit/ ſen
ſus deſtruit/uires eneruat/corpus uitā robur ꝗ uni
uerſum minuit/ homines ad omnia diuīa & ſacra in
eptos reddit/& carnales & fere beſtiales efficit. Vn
de & Io. in Apo. a ca. xiii. uſqꝫ ad. xx. quū agit de ſe
cta Mahometis & perinde libidinis ſemꝑ ſub nomi
ne beſtie illā deſignat. facile ergo futurū eſt fidelibꝰ
Principibus qui īmaculatā chriſti legē cuſtodiunt
& qbus unicus eſt thorus & imaculatus & perinde
robur animi & corꝑis inuictiſſimū: hanc fediſſimā
beſtiā cum dei adiutorio debellare. ¶ Secūdo cōſi
dero quemadmodū Liuiane & Valeriane hiſtorie
tradiderūt: ꝙ abſtinentia uoluptatū precipuū ſem
per dedit de hoſtibus triumphum. Vnde Scipio in
bello Numātino ac in uictoria Hiſpane Cartagi-
nis hoſtes cōtinentia ſuꝑauit ac deuicit. Cōtra autē
Hānibalis exercitus inuictus antea: apud Capuā
fractus libidinibus & effeminatꝰ uinci cepit. Et re
ges illi libidinoſe Pentapolis peſſime. Ge. xiiii. fa-
cile aduerſariis Regibus ſuccubuerūt. niſi ꝙ prop
ter Loth iuſtū adiuti ab Abraham fideli libertatē
& predā uniuerſam quā amiſerāt receperūt. Secta
ergo tantū libidini dedita & corruptiōi: & tan diu

noſtra negligẽtia & noſtris peccatis ꝑmiſſa uigere
Secta Pe. nunq̃ ad ſe & uerũ deũ rediens ſed in ſpurcitiis ſuis
ſecũdo. inuoluta ſicut ſus lota in uolutabro luti/& in ſterco
Ioelis. i. ribus ſuis computreſcens. Veriſimile nõ eſt ꝙ hunc
ſuũ Noningenteſimũ duratione exuperet: ſed ꝙ eã
dominus breui corripiat & caſtiget.

¶ Tertius terminus eſt Ignorãtia: unde ſumet̃ ter
tia ꝓbatio. Secta eñi Mahometis colit & nutrit ig-
norantiã quũ obſeruatoribus ſuis ſuadeat nõ phi-
loſophari nec rationibus uti: ſed ſolo gladio ſe tueri
& regere: quod beluarũ nõ hominũ proprium eſt.
Ideo facile a chriſtianis Principibus ſapiẽtibus erit
excludẽda. ¶ Vbi ego Tria cõſidero. Primũ ꝙ iux
vi. Ethi. ta doctrinã Phi. vi. Ethicoꝝ Nihil eſt in homĩe ex
cellentius cultu & ornatu intellectus qui eſt ſciẽtia
uel ſapientia: hoc eñi ornatu teſte Salluſtio prece-
dit homo ceteras beluas. Ignorantia uero illis ſe fa
cit parẽ aut forſan imparẽ quũ ſic pfectionẽ ſue na-
ture rõnalis nõ attingat. Beſtie uero pfectionẽ ſpe
ciei ſue ut cũq; nanciſcunt̃. Inde eſt ꝙ ignaui hoĩes
nec ab aliis nec a ſeipſis poſſũt excellẽtes exiſtimari
nec uirtutẽ aut honorẽ que ſunt excellẽtis rõnalis
nature obiecta unice colere. Quod maxĩe ſcdm Ari
ſto. fortitudinẽ cõfirmat & ſeruat: ac inde eſt ꝙ ig-
norãtes ut plurimũ aĩo nõ ſunt fortes. ¶ Scdo conſi
dero ꝙ utraq; minerua armoꝝ uidelicet & doctrie
una minerua ẽ uel certe inuicẽ ſũt cognate & ut plu
rimũ apd eaſdẽ ꝓuincias & hoĩes actu uel diſpoſi-

tiõe ſunt inuẽte & ad minus altera ſiue altera Reg
nis & exercitib⁹ dirigẽdis nõ ſufficit·Nec enĩ arma
abſq₃ cõſilio & doctrina nec cõſiliũ ſine armis ſatis ẽ·
Oportet enĩ ingeniũ explicari manu & arma ꝑ cõ
ſiliũ exerceri:ut plurimũ tñ teſte Vegetio Militia
magis cõſilio q̃ armis ducit̃ & uictoria arte illi pa-
ratur·Inde eſt ꝙ Greci qñ imperabãt maximis do
ctrinis claruerũt·Romani etiã qñ armis orbẽ ſube
gerũt lr̃is uniuerſos ſuperabãt adeo ut lr̃e excellen
tes cũ uictricibus armis & Imperiis uideant̃ tranſ
migraſſe·Et due iſte minerue adeo iuncte ſunt do-
ctrinalis & martialis ut altera uideat̃ alterã tueri
reficere & honorare & ubi altera deeſt:deeſſe & re-
liquã in tpe breui neceſſe ſit · Nõ multis agem⁹ ex
emplis:ſed tribus cõtentabimur · Alexãder enĩ ille
magnus Grecoꝝ Imperator qui armis tot peregit
& in ſe & in preceptore ſuo Ariſtotele cuius agebat
cuncta conſilio:doctiſſimus eſt habitus· Aphrica-
nus Scipio quo nullus in Ro·repu·Cõſul excelluit
bonis litteris nulli ceſſit cuius dum in ocio eſſet Te
rentiane comedie maiori ex parte fuiſſe dicuntur:
quod in ꝓlogo Adelphoꝝ Terentius ipſe ſatis inuit
Caius Iulius ceſar dictator militia an ſapiẽtia plus
ualuerit in ambiguo eſt cuius extãt Cõmentarii ita
omniũ iuditio probati ut ex illis precepta nõ prebi-
ta ſcribẽdi facultas aliis uideat̃ ſicut Hircius aſſeue
rat· ¶ Tertio cõſidero ꝙ militie duo potiſſimum ne
ceſſaria ſũt: Ingenii perſpicacitas ad negotia ſubito

pcipienda & fraudes cognoſcẽdas & cauendas. Qđ
maxime philoſophia & arte parat᷑. Ars eni̅ addita
capaci ingenio comoda nature iuuat. Sc̃do indiget
maturo cõſilio in terminãdis & concludẽdis dubiis
negotiis que ſepius in militia emergũt. Et ĩ qbus ſi
error interceſſerit: penitẽtia ultimũ ſuppliciũ eſt.
In qbus maxime hiſtoria duces martiales iuuant᷑
quaſi ueris & multoꝝ temporꝝ Conſultoribus. Eſt
eni̅ Hiſtoria referente Tullio magiſtra uite & uita
memorie. Nec uidet᷑ poſſibile Duces militares in-
doctos niſi caſu aut fortuna uel aliorũ ſapientũ du
ctu aut ſũma hoſtiũ imbecillitate poſſe magna cõ-
ficere. Ex qbus omnibus ſatis liquet Epicureũ Ma
hometem ſectã ſuã libidinis quã conſtituit: eandẽ
ignauie & ignorantie fore uoluiſſe. Quũ eni̅ docta
Minerua nõ abſqꝫ labore cõparetur: hoc fugiẽs Ma
hometes cõſulit ne principes ſui philoſophentur ti
mens quoqꝫ a ſapiẽtibus poſſe errorẽ ſuũ aliquãdo
deprehendi & cõtemni. Et q̃uis in medio curſu Ma
hometice ſecte quãdo plurimũ ualebant docti ali-
qui inter eos Cordube aut Babylonie fuerint ſicut
Auicẽna Auerrius Almãſor & Auenpethe qui coa
cti timore populari Alchoranũ publice non irride
bant. A multis tñ annis & hodie apud eos doctrine
omnes exularũt: adeo ut ſola una Ciuitas chriſtia-
na ſtudii generalis plures doctos cõtineat q̃ omnis
ſecta Mahometi que uniuerſum fere orbẽ cõplecti
tur. Facile ergo dei auxilio futurũ eſt hanc ignauã

&fedã ſectã a xp̃ianis ſapiẽtibus poſſe extirpari·
¶Quartus terminus fuit iniuſticia: ex quo ſumit᷑
probatio quarta· Mahometes omne dominiũ iuriſ-
dictionis quod poſſidet Tyrannice uſurpat ac deti
net· Ergo ſi iuſte inuadat᷑ breui deiicietur: dño ex-
ercituũ cõcedẽte uictoriã: qui ſemp̱ in bellis iuſtis
oſtendit ueritatẽ ſuã· Propoſitio prima in duobus
habet probationẽ ſuã· Alterũ ꝙ uniuerſum ferme
dominiũ Mahometis fuit prĩo pleniſſimo Iure chri
ſtianoꝝ· Ipſe enĩ uilis mercator a principio fuit ſed
adiutus magicis & rebellibus Ro· Imperii qui tri-
buta dare recuſabãt dñis ſuis chriſtianis: magnus
effectus eſt· Ergo tanq̃ predo & Tyrãnus illud do
miniũ retinet· Signãter quatuor Pr̃iarchales eccle
ſias Hieroſolymitanã: Antiochenã: Alexãdrinã &
Cõſtantinopolitanã: ſub qbus olim quaſi uniuerſus
orbis cõtinebat᷑: quas prohdolor uſurpat: que capi
ta & pricipia fuerũt Catholice fidei· Nempe nemo
eſt qui temperet a lachrymis recolens religionẽ &
ſanctitatẽ illaꝝ eccleſiaꝝ: ſed eas hodie noſtris pec-
catis & magna noſtra deſidia ſpurcitia Mahometis
ſuppeditat· ¶Alterũ eſt ꝙ xp̃us dñs naſcẽdo domi
niũ terre quod ſibi ultra benefitiũ creationis ex re-
demptione euenerat: cuius gratia dixit· Reſurgens Ma· ultio·
datã ſibi eſſe poteſtatem in celo & in terra· Nũc hoc
dominiũ quod ſolũ eſt iuſtum: tranſtulit ad fideles
tanq̃ ad ſolos filios· Nempe ſi filius ergo heres· Ro-

Ro·viii· manoꝝ·viii· & filii eius ſolum per fidem efficimur
Io·prio· Io·i·Dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui cre
Pria Io· dũt in nomĩe eius·Ac inde fides dicit̃ uictoria que
primo· uincit mũdũ· Prima Io·i· & per eam ſancti uicerũt
Hebre·x· regna·Hebreoꝝ·x·Ergo nullũ ius iuſti dominii iu
riſdictionalis apud Infideles remanet· Si ergo ſub hoc titulo fidei & diuine glorie ut diuina uidelicet ulciſcamur:& recuperemus ſancta & noſtra: aggre deremur Mahometãos:nulla mora deiicient̃· Sub hoc autẽ titulo dñs deus cuius perfecta ſunt opera dabit in hoc inſtante Centenario expeditionẽ cõtra Iſmaelem parari· Quare bene de illius deiectione ſperare debemus·

¶Quintus terminus fuit Diuiſio: ex quo ſumitur ꝓbatio quĩta:que nõ ad oĩa tꝑa ſecte Mahometice: ſed ad hec que modo inſtãt plurimũ uidetur poſſe applicari·Nunc princeps mũdi huius ideſt Maho metes eiicietur foras· Nũc enĩ in ſecta Mahometis apparet maior diuiſio q̃ unq̃:breui ergo deiicietur
Mat·xii· dicente dño·Quia omne regnũ diuiſum deſolabit̃·
Lu·xi· & Saluſtius ſcribit·Cõcordia parue res creſcũt:diſ
Salu· cordia etiã maxime dilabũt̃· Vbi ego cõſidero iux ta hiſtoriã Arabũ ꝙ poſt mortẽ Mahometis cõpli ces eius quũ modico tẽpore facti eſſent quaſi omniũ rerũ dñi· Tria conſtituerunt dominia in Aphrica uniuerſa unicũ Miramomelinũ hoc eſt Regẽ Cre dentium:qui fuit de ſanguine Mahometis· In Aſia

duos dños de amicis ſuis·Alteꝝ Soldanē ideſt mag
num dñm cui cōtigit Egyptus Syria Arabia & mi
nor Aſia. Alterū Taberlanū ideſt magnū Capita-
neū: cui euenit Perſia Media Scythia & India· Cū
hac ergo tā unita & tā magna potētia & cōmuni de
ſiderio noue ſue ſecte propagāde. Principes Maho
metani contra Imperiū Romanum iam inclinatū &
in plurimos Reges ſciſſum ac in capitibus ſuis a re
cta fide deuiū: facile in oībus Prouinciis conualue
rūt & ſuperarūt·Nūc uero ſub nr̄o tp̄e multo aliter
illis euenit·In Aphrica enī hodie non unus regnat:
ſed multi inuicē diſſentiētes. Et duces Miramome
lini qui olim etiā ex Aphrica tranſeūtes occupaue-
rūt Hiſpaniā preter mōtes Pyrneos: in quā tran-
ſierunt·lxx·ferme anno ab obitu Mahometis·Dein
de diuidētes ſe in diuerſos Reges & regna: occaſio-
nem dederunt Regibus Legionis catholicis illos ex
tirpandi· Qui reges Legionis poſt cladē Hiſpanie
in Pyrneis mōtibus remāſerāt procedētes a glorio
ſiſſimo ſanguine Regū Gothoꝝ: qui uniuerſe Hiſ-
panie multo tp̄e & pluribus aliis gentibus impera
bant· Quoꝝ ſtipes & ſpes reſidet in ueſtro hoc feli
ciſſimo nepote Carolo Ceſar inuictiſſime· Illos igi
tur Reges Iſmaelitas ſic diuiſos ex planiore ſua Hi
ſpania deturbarūt: quod factū eſt q̄uis tēpore lon-
giori: occaſione a noſtris accepta· Qui recuperātes
contra Mahometē paternā & auitam hereditatem

In diuerſa illā dominia & Regna inter Regū filios & filias ignauiter ſunt partiti. A Regibus enim Legionis Reges Caſtelle: Nauarre: Aragonie & Portugallie per generationes & matrimonia proceſſerunt. Qui inuicem deinceps raro in eandem ſententiam conuenerunt. Donec tandem deo bono uolente unita per matrimonia tota Hiſpania citeriore & ulteriori pro maiori parte in Catholicis fratribus ueſtris Ferdinādo & Heliſabeth Caſtelle Legionis & Aragonie īmortalis nominis Rege & Regina. Regnum etiā Granate in ultimis Hiſpanie ſitū: Aphrice modico freto contiguū: quod Mahometani tanq̄ Aſylum & refugium propter montes & arces munitiſſimas ac ſoli fertilitatem a tēporibus Miramomelini continuato curſu poſſederant lucro fidei cū magna gloria ac ſpe Aphricam expugnandi adiectum eſt. In quo etiam bello Granatēn plurimum auxilio fuit fratrib9 ueſtris diſcordia inter patruū & Nepotē Granatēn Mahometanos Reges. Aphricani etiam modo principes Iſmaelis grauiter diſſentiētes iterū fratrē ueſtrū Ferdinandū Regē Catholicū ad magnā Aphrice poſſeſſionē reuocant: q̄ſi res Hiſpanie integre ſedarentur ut ſepiſſime ſuaſimus: magna inde acceſſio fidei nr̄e ac ſucceſſiōi uīe cōi ſperari poſſet. Dominiū ergo Soldani inter ſe & Turchū a plibus annis diuiſū ē. & ſimultates apud Soldanē & rebellliones atq̄ inobedientias nūtiatas

audiuimus· In Perſide Scythia & India ubi unicũ
preſidebat plurimi dominantur & aduerſi· Accepi
mus apud Scythas·xii· Imp̄atores eſſe· apd Indos
inumeros Reges Sarracenoꝝ exiſtere: quoꝝ aliqui
impediũt & offendũt/ aliqui iuuãt feliciſſimã claſ-
ſem Sereniſſimi Regis Portugallie· Tyrãnus Tur
choꝝ q̃ grauiſſime infeſtet' a Rege Perſarũ auditũ
nobis ſepius eſt: & inter ipſos primarios Turchi fi
lios ſimultates inteſtinas uſq; ad fratricidia ſeuien-
tes exerceri a multis accepimus: quas diuina iuſti-
tia inter eos diu manere p̄mittet quouſq; bene chri
ſtiani Principes inuicẽ cõueniatis. Gens ergo Ma-
hometica uilis & ignaui animi & quē ſola multitu
dine & unione uincere cõſueuit: nũc uictoriã deſpe
rare debeat neceſſe ẽ: Si a xp̄ianis principibꝰ quos
deus ſua clemẽtia diebus noſtris tãtis ſucceſſionibꝰ
& affinitatibꝰ uniuit & auxit ac fortiſſimos & ſapiẽ
tiſſimos militares effecit, uiriliter pro diuina ulciſ
cenda iniuria aggrederetur: de quo infra plura do
mino concedente dicemus·

¶ Sextus terminus fuit Tempus: uel impletio tem
poris: qui eſt potiſſimus terminus: & potiſſima pro
batio inde ſumẽda eſt iſtius alegorice interpretatio
nis: ex quo ita p̄cedemus· Tempus cõſumationis ſe
cte Mahometis uidet' ueriſimili coniectura inſtãs
Centenarius· Ergo breui deiicietur Mahometes a
ſuo dominio· Ad p̄bationẽ antecedentis multa poſ-
ſunt induci pro q̄bus ego preſuppono quatuor· Pri

mū ꝙ dicente Gregorio in Omelia Septuageſime.
Sex cōputantur etates mūdi iuxta numerū Sex die
rum prime creationis: ita ut multiplicatio rn̄deat
creationi. Prima etas incipit ab Adā. Secūda a Noe
Tertia ab Abrahā. Quarta a Moyſe. Quinta a Da
uid. Sexta a Chriſto: que durabit uſqꝫ ad eius ſecū
dum aduentū: ad ultimū uidelicet Iuditiū. Et hec
Pria coꝝ. Sexta dicit̄ ſenectus mundi. Vnde & Paulus: Nos
decimo. ſumus in quos fines ſeculoꝝ deuenerūt. & Ioānes in
Pria Io. Canonica. Chariſſimi nouiſſima hora eſt. In hac er
ſecūdo. go Sexta etate ſeculi poſt Aſcenſionē dn̄i oēs prin-
cipales infirmitates & afflictiones eccleſie ſimul &
cōſolationes. Io. in Apo. uaticinatꝰ eſt a Quarto ca-
pitulo uſqꝫ ad. xx. incluſiue ut preuiſa iacula mi-
nus eccleſiā feriāt. Ponitur & Septima atqꝫ ultima
etas mūdi extra motū tn̄ que erit quietis & glorie
ſanctoꝝ cōparata Septīe diei Sabbati que fuit quie
tis & ceſſationis nouoꝝ operū que incipiet a cōmu-
ni reſurrectione mortuoꝝ manebitqꝫ cū eternitate
perpetuo. de qua Apo. xxi. uſqꝫ in finem libri.
¶ Secūdo preſuppono qđ Quinqꝫ prime etates nō
cōtinent ultra quinqꝫ Millia ducentos annos quin-
īmo ueriori ſentētia ſcđm preciſam ſupputationem
ſunt predicti anni minus uno. Vnde uerſus magrō
rum habet. Vnū tolle datū ac Millia quinqꝫ ducen
tos. Naſcenti dn̄o quos dabis a ꝓtoplauſto. Etatis
aūt ſexte fluxerūt hodie Anni Millequingentiocto
qđ ſi precedentibus etatibus cōformis erit: nō uide

tur eius ſeq̄ues duratio futura nimiū lōga. Et q̄uis
Auguſtin⁹ referat oēs etates eſſe prefixi & certi ter
mini preter ſenectutē: que quādoqȝ breuis eſt quan
doqȝ longa. Hoc tñ certi habet ꝙ etas alia ſenectuti
nō ſuccedit & ꝙ licet honorata & ſenſata ſit laborio
ſa tñ & cōmuniter deficiens eſt. in Pſalmo amplius ps. lxxxix
eoꝝ labor & dolor. & Paulus ad hebreos: quod anti Heb. viii.
quatur & ſeneſcit prope interitū eſt. Et inde eſt ꝙ
ſenectutē ſepius breui ac inſpirato deſerim⁹. ¶ Ego
tamē nō ſum cū illoꝝ opinione qui dicūt etatē Sex
tam & ita mundū debere terminari in ultimo cente
tenario alphabeti latini dicentium mundū tamdiu
debere durare a ꝓtoplauſto ad ultimā cōflagratio
nem q̄diu durabūt cētenaria annoꝝ ſignificata per
lr̄as triū alphabetoꝝ hebrei: greci: & latini: que lr̄e
fuerūt cōſecrate in titulo crucis dn̄ice. & ab hebreis
cepit fides tanq̄ ab oriēte: & pueritia ſua trāſiuit p
grecos quaſi adoleſcētes: terminabit̕ in latinis occi
dētalib⁹ & urbe Ro. ubi ſeniū & ſpūalis ſenſus fidei
uſqȝ ad finē mūdi durabit. Lr̄e aūt hebree ſūt. xxii.
grece. xxiiii. latine. xxiii. que facerēt. lxix. miſtica
Annorum centenaria. Nec ſum cum illis qui idem
ferme ſentientes dicunt mūdum finiendum eſſe in
primo ſeptimo Milleſimo. Allegantium ꝙ ſicut Se
ptima fuit dies quietis: ita ſeptimo Millenario mo
tus celi & inferiorum generatio ceſſabit. Et illud
quod Ioannes dixit Apoca. uigeſimo. de Antichri
ſti aduentu: Quum conſumati fuerint Mille Anni

ſoluet Sathanas zc. ¶ Nec ſatis acquieſco opinioni
alioꝝ contrarie dicentiū ꝙ finis Sexte etatis mūdi
nulli hominū poteſt innoteſcere nec per ſcientiā nec
per reuelationē. Per ſcientiā ſatis eſt ꝓbatū Actuū
primo Quū dñs dicat de hoc Apoſtolis interrogan
tibus. Nō eſt ueſtrū noſce tēpora uel momēta que
pater poſuit in ſua poteſtate: ſicut enī creatio mun-
di fuit opus diuine uirtutis ita erit eius cōſumatio
Diuina aūt uirtus a nulla creatura poteſt naturali
ſua ſciētia cōprehendi. De reuelatione dicūt ꝓbari
Quia apoſtolis nō fuit reuelatio talis facta qui fue
runt prima uaſa grē capaciſſima. Ergo nec inferio-
ribus debuit fieri ſignāter qa nec Angelis eſt facta
& filius dicit illā diem neſcire Marci. xiii. de die il
la nemo ſcit nec angeli in celo nec filius niſi ſolus pa
ter: ergo aliis non eſt reuelabilis. Ego tamē media
uia procedo & reiicio prorſus primā opinionē ui-
delicet mundū in ultimo centenario alfabeti latini
aut in Septimo Milleſimo terminari. Potiſſimū qa
nō innititur reuelationi diuine. Et ꝙ dñs ſuū aduē
tum uoluit ſicut furis in nocte eſſe celatū Et inde no
cturne uigilie xp̄ianoꝝ habuerūt ortū ut dñm ſem
per attentius expectemus: prout Lactantius li. vii.
diuinarū inſtitutionū ſcribit. Quod uero inducūt
nō militat: qa de illis centenariis alphabeticis non
eſt nobis illud ſatis certū & ea facilitate qua ponit
reiici poteſt. & cōparationes dieꝝ creationis ad du-
rationē: nō ſemp pariter currūt. nec certū habetur

quot anni durationis respondeant diebus creationis. Et quod dicit in Apo. de Mille annis cõiter interpreta tur pro multis annis indeterminate more consueto scripturarum ut illud Septuagesies septies idest sepius. Alteri etiã opinioni quis uideat Augustini in epi stola ad Esiciũ posset cõtra niti ne restringamus di uinã potentiã simul & clementiam. Quotidie eni re uelatiões pticulares diuinorum secretorum fiũt: que nec Angelis nec apostolis fuerũt antea cõmunicate. Pa raclytus eni abũdantissime apostolis datus docuit eos oẽm ueritatẽ necessariã ad salutẽ. Hec aũt de re uelatione finis mundi talis nõ erat: nec ad illos atti nebat ab eo tpe plurimũ distãtes. Ioãni tñ in Path mos reuelatã hanc diem scdm aliquos possumus ad mittere: cui dñs proditorẽ Iudã & diem obitus sui & dies tribulationũ ecclie usq; ad finẽ aperuit. Vn de de tẽporibus finis Apo. xx. pphetauit: nõ tamẽ ad momẽta precise dixit nec de die. Et cũ hoc salua ri potest quod dñs dixit: Nõ expedire scire tpa uel momẽta disiũctiue: & pro altera pte scilicet momẽ torum uerior est illa disiũctiua. In genere eni de tẽpo ribus illis aliqd scire dñs docuit in euãgelio de quo fides est pertinẽs ad salutẽ. In pticulari autẽ multis nõ expedit illa scire ut sint uigilantiores sub ambi guo ad dñi aduẽtũ. Paulus quoq; in raptu uel alia reuelatiõe aliqd plus de hoc habuisse credẽdus est: q̃ signa illa cõmunia que dñs proposuit Apostolis. Lu.
Erũt signa in sole zc. & Mathei. xxiiii. quorum aliqua Ma. xxiiii

Scda The idē Paulus Scda Theſſa·ii·magis aperit·Et poſſi-
ſſa·ii· bile ac ueriſimile eſt ꝙ prope illos dies finis dñs ali
qua uaſa ſanctoꝝ de hoc implebit ut electos alios ad
penitentiā moueant Sicut & Noe q̄uis fuerit forſā
